



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Reverendi Dom. D.|| Leonardi || Rvbeni SS. Theolo-||giae  
Licentiati Abbatis || Ordinis D. Benedicti Mo-||nasterij  
Sanctorum Apostolorum Petri & || Pauli Abdinckouensis,  
in ciuitate || ...**

**Ruben, Leonhard**

**Padibornae, 600 [i.e. 1600]**

**VD16 R 3400**

Cap. VIII. Falsos prophetas Christum negare, esse comessatores,  
criminosos, cupidos, Dominationu[m] co[n]tempores.

[urn:nbn:de:bvb:12-bsb10194563-1](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bvb:12-bsb10194563-1)

## CAPVT VIII.

FALSOS PROPHETAS  
Christum negare, esse comesta-  
tores, criminosos, cupidos,  
Dominationum con-  
temptores.

**H**ACTENVS de vitiis ex litera prima  
& secunda alphabeti desumptis, nunc  
*Christum* duos sequentes complectamur. At hinc oc-  
*negant.* currit persona Christi statim sub initium  
relictis aliis, quem re ipsa negant, licet ver-  
bis non ostendant. Ita vt D. Iudas Apo-  
stolus verè de illis scripserit in sua epistola  
vers. 4. *Subintroierunt, inquit, quidam ho-*  
*mines (qui olim prescripti sunt in hoc iudiciũ)*  
*impj Dei nostri gratiam transferentes in lu-*  
*xuriam (nonne ita est Luthere?) & solum*  
*dominatorem & Dominum nostrum Iesum*  
*Christum negantes. Quid hoc est Luthere,*  
omittere omnia in tua translatione bibli-  
ca, quæ diuinitatem Christi cum patre &  
spiritu sancto vnicam testabantur. i. Ioan.  
*Lutherus* 5. Scribere tandem horret animus meus  
*horret* verbum istud Homouision? Horret Da-  
*uorbans* niel, non in visione filij Dei, quam etiam  
vidit

vidit, sed cap. 7. 3. in visu quatuor bestia- *homoufio*  
rum, in visu Leænæ, quæ habuit alas aquilæ & quid  
læ: in visu vrsi, cui dicebatur, Surge com- *Daniel*  
ede carnes plurimas: in visu pardi cui po- *horruerit.*  
testas data est: in visione bestiaæ terribilis  
atque mirabilis & fortis nimis, quæ habe-  
bat dentes ferreos, comedens atque com-  
minuens, & reliqua pedibus conculcans.  
Vnica verò CHRISTI cum Deo essentia  
quid horroris habet, vel potius quid non  
amoris, honoris, & angelicæ Isai. 6. obser-  
uantia? quam si imitatus fueris, non te  
occidet leo in via, 3. Reg. 13. 24. non te ir-  
ridentem veros prophetas, lacerabunt  
cum 42. pueris duo vrsi de saltu 4. Reg.  
24. Non te pardus ad varietatē errorum  
Jer. 13. 23. deducet aut, Eccles. 28. 27. lædet,  
non te quarta bestia, ex qua Antichristus,  
aut comedet, aut comminuet, nec affeclas  
tuos pedibus conculcatos proteret. Anti-  
christi siquidem potissimas partes futuras  
negationem Christi, D. Iohannes in epi-  
stola 1. cap. 4. 2. ponens discretionem spi-  
rituum bonorum & malorum testatur. *Antichri-*  
In hoc, inquit, cognoscitur spiritus Dei. Om- *stus negat*  
nis spiritus qui confitetur Iesum Christū in car- *bit Chri-*  
ne venisse, ex Deo est: & omnis spiritus qui sol- *stus.*  
uit Iesum, ex Deo nō est, & hic est Antichristus.

Secundò

2. *Comessatores sunt* Secundo sunt comessatores, conui-  
 uantes in epulis suis sine timore DEI.  
 Cuius vitij eos notat D. Iudas vers 12. *Hi sunt in epulis suis macula, conuiuantes sine timore, semetipsos pascentes, nubes sine aqua quae à ventis circumferuntur, arbores autumnales, bis mortuae, eradicatae, &c.* His non sufficit praeteritum tempus ad voluntatem gentium consummandam, qui 1. Petri 4. 3. *ambulauerunt in luxurijs, desiderijs, uolentijs, comessionibus, potationibus, quae iam domos non habent ad manducandum & bibendum.* 1. Corinth. 10. 22. sed Ecclesiam Dei contemptui habentes, non secus atque impii quidam Iudei, tempore impiissimi Antiochi viuunt. *Cum templum Hierosolymitanum*  
*2. Mach. 6. 4. luxuria & comessionibus gentium erat plenum, & scortantium cum meretricibus, sacratisque adibus mulieres se ultro ingerebant, intro ferentes ea quae non licebat. Qui explosis sacris Ecclesiae ieiunijs, carniu & ciborum aliquorum abstinentiis, vitam agunt comessionibus suis uere Epicuriticam, dicentes: Ede, bibe, lude, post mortem nulla voluptas.*

*Templum Dei profanatio.*

Quos cum Isai. 22. 12. *Dominus Deus exercituum vocat ad fletum, & ad planctum, ad caluitium, & ad cingulum sacci: & ecce gaudium & leticia occidere vitulos, & iugulare arietes*

arietes comedere carnes, & bibere vinum, co-  
 medamus & bibamus cras enim moriemur.  
 Sed quæ harum rerum consequentia? mox  
 per Aposiopelin subiungit. Et reuelata est  
 in auribus meis vox Domini exercituum, si di-  
 mittetur iniquitas hac vobis, donec moriami-  
 ni, dicit dominus Deus exercituum. Hinc & Sa-  
 piens Prou. 23. 20. filios Ecclesie Catholice gra-  
 uissime monens, ait, Noli esse in cõniuijs potato-  
 rum, nec in comessationibus eorum qui carnes ad ve-  
 scendum cõferunt: quia vacantes potibus, & dantes  
 Symbola consumentur, & vestietur panis dormi-  
 tatio. Quorum enim olim maiores quicquid  
 ieiunio & vitæ continentie supererat, in  
 pauperum eleemosynas, & cultum & or-  
 namenta templorum erogabant, id filij  
 eorum Lutheri Euangelio corrupti, iam  
 ita comessationibus abliguriunt, vt vix vi-  
 tæ illorum & nuditati, aut turpitudini cõte-  
 gende sufficiat quicquid. Cũ his certè pseudo-  
 prophetis nihil aliud constituendum esse iu-  
 dico, quã quod in huiusmodi improbos filios  
 diuina sententia sancitum est semel Deu. 21. 18  
 Si genuerit homo filium contumacem & pro-  
 ternum, qui non audierit patris ac matris  
 imperium & coercitus obedire contempserit,

Eorum  
 pœna.

In impro-  
 bos filios.

Filius

Filius noster iste proteruus & contumax est, monita nostra audire contemnit, comessationibus vacat, & luxuria atq; conuiujs: lapidibus eum obruet populus ciuitatis & morietur, ut auferatis malum de medio vestri, & uniuersus Israel audiens pertimescat.

3. *Sunt criminatores & susurrone.* Tertiò sunt criminatores & susurrone. Ut enim Iudas Machabæus omni conatu id agebat. 1. Machab. 9. 10. ne proposito etiam vitæ discrimine inferret crimen gloriæ suæ: sic pseudoprophetæ, quicquid vident attentari à Catholicis, etiam si in gloriam Dei cædat maximâ, criminantur. Similes Xantippæ vxori Socratis, cuius animus nullis philosophi istius Ethnici virtutibus placari potuit. Similes pharisæis, quibus omnia studia & obsequia Christi siue in eos, siue in alios collata displicebant. Hos nouissimis hisce temporibus periculosis complurimos futuros D. Paulus 2. Timoth. 3. 3. docuit. Examina Lutheri scripta, quem ille non magistratû tam Ecclesiasticum quàm ciuilem: quas non ille Catholicorum actiones cum summa scurrilitate criminatur? Hos Ecclesia Catholica coarguit, & minimè patitur iuxta illud Leuit. 19. 16. *Non eris criminator neque susurro in populo.* Rationem huius dat  
Sapiens

*Lutherus criminator.*

Sapiens Prouerb. 26. 20. *Cum defecerint ligna, extinguetur ignis: & susurrone subtracto, iurgia conquiescunt. Verba susurronis, quasi simplicia, & ipsa perueniunt ad intima vetricis.* Interim vt est Eccles. 31. 11. *Susurro conquinabit animam suam, & in omnibus odietur.* Susurrones enim & detractores, teste D. Paulo Rom. 1. 29. sunt Deo odibiles. Demum maledicti sunt hoc nomine pseudo-prophetæ. Hinc Eccles. 28. 15. *Susurro & bilinguis maledictus: multos enim turbauit pacem habentes.*

Quartò cupidi sunt vel rerum alienarum, vel inanis gloriæ. Sic D. Paulus eos illorum in numero statuit, qui nouissimis temporibus 2. Tim. 3. 3. venturi sunt. *Inter illos, inquit, erunt homines seipso amâtes. cupidi, elati, superbi, &c.* Hanc eorum cupiditatem, quo ad aliena bona, quibus inhiant, docent tot spolia Monasteriorum, tot exuuiæ templorum quibus inhiarunt: tot constuprationes & adulteria quæ inuexerunt: tot dignitatû ecclesiasticarum, quas ad se traxerunt, direptiones: vt certò certius cognoscas, hoc esse sanguisugarum certissimum genus, quod describens Sapiens Prou. 30. 15. dicit. *Sanguisuga duæ sunt filia, Sanguisuga dicentes, affer, affer. Ignorant fortè hanc esse*

*4. cupidi sunt.*  
*ga filij suis*

H  
radicem

radicem hæreseos, & malorum omnium, vt D. Paulus in sua epistola Timotheum docuit 1. Timoth. 6. 10. dicens. *Radix omnium malorum est cupiditas: quam quidam appetentes errauerunt à fide, & inseruerunt se doloribus multis.* Huius rationem dans Sapiens Eccles. 14. 3. *Viro, inquit, cupido & tenaci sine ratione est substantia, & v. 9. Insatiabilis oculus cupidi, in parte iniquitatis, non satiabitur, donec consumat arefaciens animam suam.* Sic D. Paulus vult Episcopum esse 1. Timot. 3. 3. *non litigiosum, non cupidum: & vt est Tit. 1. 7. non turpis lucri cupidum:* sicut & Galatas & Christianos omnes Gal. 5. 26. *Non efficiamur inanis glorie cupidi, inuicem prouocantes, inuicem inuidentes:* sed & saluator hinc fidem veram labefactari, atq; adeo tolli asserit Iohannis 5. 44. dicens. *Quomodo vos potestis credere, qui gloriam ab inuicem accipitis, & gloriam qua à solo Deo est, non queritis?* de hac parte à latius.

5. Quintò dominationem & imperium  
*Domina* omne spernunt. Licet D. Petrus **CHRIS-**  
*tionē sper* **TI** sententia tam Matth. 16. quam Ioã. 21.  
*nunt.* Ecclesiã Dei ouesq; gregis sui sibi præ om-  
 nibus cõmendatas haberet, sic tamen & se  
 continuit, & pastores sibi commissos etiam  
 commo-



commonuit, vt sic præessent, ne dominari  
 in grege, & maximè in clero viderentur.  
 1. Pet. 5. 3. facti formæ gregi sibi commif-  
 sã non simulatè sed ex animo. Sed falso-  
 rum prophetarum imperium sibi sumptũ  
 adeo exurgit, vt neq; in septis suorũ Mo-  
 nasteriorum, Priorum, & Abbatum, nec in  
 Ecclesia suorũ Episcoporum, Archiepi-  
 scoporum, atque adeo Pontificum ferant  
 cum discretione imperium. Quod grauius  
 queritur D. Iudas v. 4. dicens, *Impij solum*  
*Dominatorem & Dominum nostrum Iesum*  
*Christum negant, & vers. 8. Hi carnem qui-*  
*dem maculant* ( est ne ita Luthere transfu-  
 ga cum tua scedifraga Catharina? *domina-*  
*tionem autem spernunt, maiestatem vero blas-*  
*phemant.* Hinc Lutherus nullos suę doctri-  
 nã vult iudices, nullas suę vitæ fert leges.  
 Neq; vlla eum huius contemptus tenet vel  
 cura vel conscientia. Reuocet is, reuocent  
 & alij in mentem, quid D. Petrus 2. Pet. 2.  
 9. de huiusmodi in medium afferat. *Novit,*  
*inquit, Dominus pios de tentatione eripere,*  
*iniquos verò in diem iudicij reservare crucian-*  
*dos: magis autem eos qui post carnem in con-*  
*cupiscentia immunditiæ ambulant, domina-*  
*tionemq; contemnunt, audaces, sibi placentes,*  
*sectas non metuumt introducere.*

*Lutherus*  
*nullũ in-*  
*dicem pra-*  
*titur.*

H a

Hec

Hæc si pseudoprophetarum nostri temporis greges penitus examinarent, haud dubio à scelerata illa libidine & dominandi cupidine animum reuocarent, & pœnitentiam acturi intrarent in speluncas petrarum Isai. 2. 9. Oseæ 10. 8. Luc. 23. 30. & in voragines terræ à facie formidinis Domini, & à gloria maiestatis eius, cùm surrexerit percutere terram. Cæterum hæc latius patebunt, cùm sequenti capite nono elatam eorum mentem, qua nec sanctorum Patrum consensui sese submitunt, neque suorum antistitum & Ecclesiæ Catholicæ præsulum auctoritatem verentur, neq; magistratus ciuilibus, Principum, & imperatorum iura contra eos

decreta pertime-

scunt. deseri  
hemius



CAPVT